



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De corporali, quod ob tactum impraegnatae sanctimonialis sanguineam  
contraxit maculam, cap. 66.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

figura. Heu modò panes, sub quibus est veritas, id est corpus Christi post consecrationem, modò pinsunt, formant, & coquunt negligentes vxores campanariorum, & ideo tales eueniunt negligentia. Vnde cum Abbas noster die quadam celebraturus esset missam in quadam ecclesia, & essent hostia nigerrima, ait campanario: De quo grano sunt hostia ista? Respondente illo: De auena. Noluit celebrare, valde arguens illum dixit, quòd nihil ibi fieret. APOLLONIVS: Quid sentiendum est de spelta? CÆSARIVS: Requisitus de hoc dominus Papa Honorius per litteras cuiusdā Abbatis ordinis nostri, respondit, speltam magis pertinere ad hordeum, quam ad triticum. De corporali verò tibi etiam referam exemplum.

## CAPVT LXVI.

**I**N domo quadam sanctimonialium, cum custos cœnobij eiusdem, femina religiosa, die quadam corporale lauisset, iuuenula quædam, quæ ei ad solatium fuerat deputata, cum ea lorum extendit ad siccandum, ad cuius tactum, mox macula sanguinis apparuit; qua visa, custos iterum corporale lauit, & maculam abluuit, sed mox vt iuuenula manum apposuit, mox eadem apparuit. Delatum est miraculum ad magistram, iniunctæ sunt orationes, reuelata est causa, quæ sita est, & inuenta. Fuerat enim imprægnata occultè, & ideo tactu corporalis indigna. Quæneum Deo mundæ manus placeant ad idem ministerium, sequens declarat exemplum.

## CAPVT LXVII.

**G**Odescalcus de Volmunsteyne, cuius supra meminimus, cum die quadam corporale cum sacrista nostro extendisset ad poliendum, illudque per medium rupisset, custos illud complicans in theca reposuit; postea autem illud explicans, cum integrum reperisset, miratus est valde, sanctitati prædicti sacerdotis illud adscribens. Quantum gratia in excitatione vnus corporalis meruerit virgo de Quiden, habes supra in distinct. 7. cap. 20. Igitur pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est agnus, qui abstulit